



Clypevs Theologiæ Thomisticæ

Continens Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate; de Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Parisiis, 1669

§. II. Solvuntur objectiones

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77355](#)

& aliis majoribus (quantumcumque tam in constitutionibus quam extra ipso facto sint incurriendae) nisi sit pena excommunicationis late sententia, nullus sit subjectus, nisi superveniat declaratio Pralati in particulari respectu hujus, quantumcumque etiam notiorum facti, vel juris, aut urius que interveniat.

Dico secundò, regulariter & ordinariè loquendo, legem humanam non obligare in conscientia ante condemnationem & sententiam judicis, ad pœnam actionem, seu quæ ad sui executionem aliquam rei actionem requirit.

22. Probatur primò: Ex Ifforo & D. Thoma lex humana debet esse possibilis secundùm naturam & consuetudinem patriæ, id est tolerabilis, & accommodata humanae conditioni: Atqui lex obligans hominem ad exequendum in se pœnam legis per propriam actionem, ante judicis sententiam, non est tolerabilis, & accommodata humanae conditioni, sed intolerabilis & nimis dura, ut constat communī omnium consensu, & attestatur ipsa inclinatio naturalis, quæ hoc abhorret & refutat: Ergo lex humana ordinariè loquendo non obligat hominem ad exequendum in se pœnam legis per propriam actionem, ante judicis sententiam, sed sufficit si pœnam ab alio inflictam patiatur. Dixi, ordinariè loquendo, ad innendum quod interdum leges humanae ad id obligare possunt, maximè cùm ad levem pœnam obligant. Nam in aliquibus Religionibus præcipit recitatio aliquius orationis, aut levis aliqua castigatio, iis qui legem aliquam seu constitutionem violent, absque eo quod sit opus sententiæ vel declaratione prælati.

23. Probatur secundò conclusio: Executio pœnae per actionem positivam, est actus judicis sive ministri publici: Ergo reus non tenetur ante judicis sententiam exequi in seipso pœnam requiringentem aliquam actionem positivam ad hujusmodi executionem. Consequuntur est evidens, tum quia reus non tenetur exequi nisi illa quæ sunt rei, non verò illa quæ sunt judicis, maximè in causa propria, in qua nemo est rex judex. Tum etiam quia reus solum tenetur pati, cùm ad id solum obligetur per legem pœnam; immò eundem hominem esse agentem & patientem passionem afflitiā, ipsa natura refutat. Antecedens verò probatur: Punitio quæ pertinet ad executionem pœnae, est actus legis, tenens se ex parte illius, ut disp. 1. ostensum est: Ergo cùm lex sit justitia quedam inanimata, eger ministro vivo, nempe judice, qui ideo dicitur justitia animata ab Aristotele 5. Ethic. ut applicer pœnam reo, agendo in ipsum per punitionem: Ergo executio pœnae est actus judicis, sive ministri publici. Hanc rationem insinuat S. Thomas, 2. 2. quæst. 62. art. 3. ubi sic ait: *Quantum ad culpam adhibeatur remedium per pœnam, enijs in inflictio peritius ad judicem. Et ideo antequam sit condemnatus per judicem, non tenetur restituere plus quam accepit; sed postquam condemnatus est, tenetur pœnam solvere.*

24. Probatur tertio: Leges humanæ propter crimenes hæresis (& idem est de crimen laicæ Majestatis) decernunt pœnam confusioneis omnium bonorum, ipso jure & facto, ut patet ex cap. Cum secundum leges de hereticis in sexto, & cap. Vrgentis, de hereticis: Sed non obligant ad hanc pœnam in foro conscientiae, ante judicis sententiam, ut ex iisdem capitibus colligitur: Ergo similiter aliae leges pœnales, alias pœnas positivas imponentes, non obligant ad illas subeundas, ante

A sententiam judicis; v. g. lex lata contra defraudentes tributa, non obligat illos ad tradendum merces suas fisco, ante sententiam judicis; alioquin legis transgressor seipsum prodere cogetur, quod esset intolerabile, & contra illam Chrysostomi sententiam, non dico tibi ut te prodas in publicum, quæ refertur can. *Quis aliquando, de pœnit. dist. 1.*

§. III.

Solvuntur objectiones.

B Objicies primò cum Soto contra primam conclusionem: Contra jus naturæ est, ut quis damnetur, antequam audiatur; Ergo etiam contra jus naturæ erit ut quis ad pœnam sive positivam sive privativam obligetur, ante judicis sententiam. Consequuntur patet, Antecedens verò probatur, tum ex Gregorio cap. Susceptis, de casu posse: propriet. ubi ait: *Nos contra inauditam partem nihil possumus definire. Ubi Sotus expedit verbum possumus; non enim dixit, non voluntus, sed non possumus, natura id vetante. Tum ex canone Judec 2. quæstione 1. ubi dicitur, nemo condemnetur, nisi aut per innocentes testes corvincatur &c. Tum ratione, sèpè enim qui legem violavit, allegare potest vel ignorantiam, vel infirmitatem, vel vehementem aliquam tentationem, vel fortasse quod non tam graviter in legem impegerit, ut dignus sit totius pœnae acerbitate.*

C Confirmatur: Nemo potest in propria causa esse sui judex: Ergo nemo tenetur ante judicis sententiam pœnam subire, tametsi pœna illa non sit positiva, sed duntaxat privativa, & nullam ad sui executionem rei actionem requirat.

D Ad objectionem respondeo, Antecedens verum esse de damnatione quæ fit per judicis sententiam, non verò de illa quæ fit per legem; quia cùm fit per judicis sententiam, debet omni meliori modo delicti causa à judice examinari, ac proinde oportet illam non solum ex testium judicio, sed etiam ex ipsis delinquentis confessione examine: cùm autem fit per legem, relinquitur judicio & conscientie ipsius delinquentis, qui melius quam quislibet alius potest de suo delicto judicare, an pœnam lege taxatam meruerit.

E Addo quod, si hoc argumentum Soti valeret, queretur quod excommunicatus ipso facto, non posset ante judicis sententiam, pœnam excommunicationis subire, cùm etiam excommunicatus possit excusationis causas assignare, nec in proprio delicto sui judex esse possit. Quare sicut contra naturam non est, ut quis sit sui judex in causa excommunicationis, & in cæteris legibus suprà citatis, in quibus ante sententiam judicis reus privatius beneficiis Ecclesiasticis, ita neque erit contra naturam esse sui judicem in aliis legibus, que pœnas privatas ipso facto incurrendas pro aliquibus criminibus statuant, cùm non sit major ratio de illis, quam de istis. Ex quo patet ad confirmationem.

F Objicies secundò contra secundam conclusiōnem: Legislator habet potestatem obligandi in conscientia ad pœnam justam, ante judicis sententiam, tametsi talis pœna ad sui executionem requirat actionem ipsius rei, si ad talēm pœnam obligare voluerit: Sed hanc suam voluntatem explicat per illam particulam legis, ipso facto, aut ipso jure, quia per nulla verba potest commo-

A A a ij

dius aut melius explicari: Ergo leges pœnales A continent pœnas latas, obligant ante judicis sententiam, tametsi illæ pœnae, ad sui executio- nem ipsius rei actionem requirant.

29. Confirmatur primò: Si hujusmodi leges non obligarent ante judicis sententiam, illæ particulae, quæ in illis apponuntur, scilicet *ipso facto*, vel *ipso jure*, frustaneæ essent, quod præcipue urget de particula illa, quæ interdum legibus illis superadditur, nempè quod *ipso facto*, & sine alia declaratione, pœna incurrit.

30. Confirmatur secundò: Illæ particulae sufficiunt, ut incurrit pœna excommunicationis, suspensionis, & irregularitatis, ante judicis condemnationem, ut omnes fatentur: Ergo idem erit de aliis pœnis, tametsi positivæ sint, & ad sui executio- nem, aliquam rei actionem requirant.

31. Ad objectionem respondeo, legislatorem habere quidem potestatem obligandi in foro conscientiæ ad pœnam justam, ante sententiam judicis, tametsi talis pœna requirat actionem ad sui executionem, si id expedit bono communii; tunc enim illud non est existimandum intolerabile, & ipse reus tenebitur exercere simul utramque rationem rei & ministri ipsius legis; quia tamen regulariter loquendo, hoc non expedit bono communii, & esset nimis rigidum & intolerabile, præsertim si pœna *ipso facto* subeunda, gravis & acerba sit, & naturæ valde repugnans, legislator, regulariter loquendo, non obligat ad subeundam pœnam, ante sententiam judicis, quando talis pœna ad sui executionem aliquam rei actionem requirit, sufficit enim bono communii, si patiatur illam, post sententiam judicis, eò vel maximè, quia exequi pœnam requirentem aliquam actionem, per se loquendo, non ad reum, sed ad judicem, & ejus ministrum, pertinet, ut suprà ostensum est.

32. Ad primam confirmationem, nego sequelam Majoris, licet enim leges humanæ non obligent ad tales pœnas, ante sententiam judicis, particula illæ, *ipso facto*, vel *ipso jure*, non ponuntur frusta in illis, quia aliquem alium effectum inducunt, nempè affixationem pœnae, *ipso facto*, ita ut non requiratur sententia judicis ad affixandam illam pro tali delicto, sicut requiritur in aliis legibus continentibus pœnam ferendam, sed solum ad declarandum crimen patratum fuisse à transgressor legis. Illa verò particula, *absque alia declaratione*, superaddita aliis præcedentibus, sumitur ad majorem præcedentium expli- cationem, unde nec superfluit, nec necesse est, ut habeat vim obligandi, ante judicis sententiam.

33. Ad secundam, concessò Antecedente, nego consequentiam & paritatem, patet enim ex dictis in secunda conclusione, longè disparem esse ra- tionem de penis privativis, ac de positivis, quæ ad sui executionem aliquam rei actionem requirunt.

ARTICVLVS II.

Vtrum transgressor legis pœnalis teneatur in conscientia subire pœnam legis, post judicis sententiam?

§. I.

Quibusdam præmissis, difficultas proposita triplici conclusione resolvitur.

N Otandum primò, seu potius ex dictis arti- 34. culo præcedenti recolendum, duplex genus pœnae lege humanæ statui posse: alterum consi- stens in pura passione, quæ ad sui executionem nullam requirit actionem, præter ipsum legislatoris imperium, aut judicis sententiam, vel de- clarationem; ut sunt pœnae inhabilitantes perso- nas, irritantes contractus, & censura Ecclesiastiæ. Alterum est, pœnarum quæ ad sui execu- tionem requirunt aliquam actionem, quæ exer- ci potest vel ab ipso reo vel ab alia persona di- stincta. Quoad primum genus pœnae, cum nullam requirat actionem, præter legislatoris impe- riū, vel judicis sententiam, ad nihil tenetur reus ut illam incurrit, cum etiam illam invitus pati possit, solumque tenetur postquam illam contraxit, nihil agere contra eam. Solum ergo difficultas est de penis secundi generis, an rimu- rium reus teneatur vel possit illas in se exequi, post judicis sententiam, certum enim est, quod si sint justæ, & à judice vel ministris ejus infligantur, eas post judicis sententiam pati & sustinere tene- tur, aliæ datur bellum iustum ex utraque parte, etiam nullâ suppositâ ignorantia, quod implicat.

Notandum secundò, pœnas quæ ad sui execu- 35. tionem aliquam actionem requirunt, esse adhuc duplicitis generis, quadam enim sunt quarum actio ad executionem requirata à nemine commodiūs exercentur, quām à reo qui pœnam patitur, v.g. actio quæ requiritur ad executionem exilii, vel pœna pecuniaria: aliæ quarum actio ad execu- tionem requirata, commodiūs exercentur à judice vel ministris ejus, v.g. actio quæ requiritur ad abscissionem capitis, vel mutilationis alicuius membra. Prætereà actionum quæ commodiūs exercentur à judice vel ministris ejus, quād sunt violentæ, ut abscissio capitis; aliæ verò non violentæ, & quæ voluntariè exerceri solent, ut fla- gellatio seu disciplina, quam Religiosi solent sponte suscipere, ad carnis macerationem. His præmissis, pro resolutione difficultatis propo- sita,

Dico primò, transgressor legis pœnalis tenetur in conscientia subire, post judicis sententiam, pœnam illam quæ ad sui executionem requirat actionem quæ commodiūs exercentur à reo, non verò pœnam illam ad cuius executionem requiri- 36. tur actio, quæ commodiūs exercentur à judice vel ejus ministro.

Prima pars patet, nam quando quis exilio vel pœna pecuniaria mulctatur, tenetur egredi è reno vel civitate, aut pecuniam solvere, hoc enim nihil crudelitatis aut injustitiae contineret. Potest tamen in pecunia solutione expectare ut petatur, quia licet possit judex injungere ut detur, quamvis non petatur, communiter tamen id non facit.

Secunda verò probatur ex eo quod sententia pœnalis, sicut & lex, benignè est interpretanda,

37.

